

VI.

Cæterum, quæ alia sint Typographorum privilegia 14. ea, cum pro locorum varietate variant, ex usu discenda.

VII.

Inter Typographos ipsos nonnunquam discrimen est; 15. quidam enim ex iis dicuntur Typographi privilegiati aulici, Befreyete oder Privilegirte Hoff-Buchdrucker / quibus solis imprimenda committuntur scripta, quæ ab Aulâ vel Cancellariâ Principis emanant, ut sunt, Edicta, Mandata, Ordinationes &c.

TANTVM.

L. N. J.

DISSERTATIO II.

DE

BIBLIOPOLIS.

CAPUT PRIMUM.

De

*Bibliopolio, ejusque laude, ac
utilitate.*

SUMMARIUM.

Bibliopolium, bibliopola. n. 1. 2.

Bibliopolium cum Typographiâ incrementum accepit. n. 3.

Celebriora Germaniæ Bibliopolia. n. 5.

*Francofordia ad Mœnum nundinalis musarum Academia
n. 6.*

Bibliopoliorum utilitas. n. 8. 9.

F 2

I. Bibl-